cere nō est turpe modo occulte id dicere obsenū est. Itaqꝫ
nec actio illarū rerū aperta petulancia uacat. nec orationis
obsenitas. Nec uō audiendi sūt cinici aut siqui fuerūt
stoici. Pene cinici qui reprehendūt et irident quod ea que
turpia nō sint re uerbis flagiciosa dicamus. Illa aūt que
turpia sunt nominibz appellemus suis. Latrocinari fraudare
dare adulterare re turpe est. Sz dicitur nō obscene.
liberis dare operam re honestū est nomine obscenū. plu
ra qz in eandē sententiam ab eisdē contra uerecūdiam dispu
tantū. Nos aūt naturam sequamū et ab omī quod abhorret ab
oculorum auriū qz cōprobatione fugiamus. Status. incessus
sessio. accubatio. uultus oculi manuū motus teneat illud
decorum. Quibz in rebus duo sunt max fugienda. ne quid
effeminatū aut molle. aut nequid durū aut rusticū sit.
Nec uō hystrionibz oratoribz qz concedendū est ut his
hec apta sint nobis dissoluta. Senicorum quidē mos tantam
habet ueteris discipline uerecūdiam ut in scenam sine sub
ligaculo prodeat nemo Verentur enī ne siquo casu eue
nerit ut corporis partes quedam aperiantur aspiciantū
nō decore. Nostro quidē more cū parētibz pubres filii
cū soceris generi nō lauantur. Retinēda est igitū huiu
modi generis uerecūdia prestim natura ipa magistra
et duce. Cum aūt pulcritudinis duo genā sint Quorum
in altero uenustas sit in altero dignitas. Venustatem
muliebrem dicere debemus. dignitatem uirilem. Ergo et a
forma remoueatur uiro omīs nō dignus ornatus. Et
huic simile uicium in gestu motu qz caueatū. Nam et
palestrici motus sepe sunt odiosiores et hystrionū nō nulli